

*Memorandum ⟨von Seiten des NvK für Verhandlungen mit den Gesandten des Abts von Stams⟩ im Streit um die Exkommunikation des Abtes Georg Ried von Stams. Die Ereignisse auf der Synode und während der Stamser Gesandtschaft in Brixen werden geschildert und schwere Strafen gegen die Anhänger und Zeugen der Appellation ausgesprochen.*

Kopie (gleichzeitig): STAMS, StA, G II Nr. 6; (C. Primisser, *Additiones ad Annales Stamsenses*, 18. Jb.); STAMS, StA, Hs. 130 f. 200r.

Druck: Bickell, *Synodi Brixinenses* 71-73.

Erw.: Baum, *Nikolaus Cusanus in Tirol* 158.

(*Im Anschluss an Nr. 5221 heißt es:*) Quo termino veniente, abbas de Stams misit quendam religiosum<sup>2)</sup> et quendam sacerdotem sine mandato et litteris, sed se missos dicebant ad eodem. Et verbo allegaverunt, quomodo abbas de mandato suorum superiorum non potuit in synodo alias celebrato comparere. Deinde allegaverunt exemptionem et produxerunt aliquas papireas cedulas, quas dixerunt esse copias bullarum, 5 et eciam aliqua transsumpta et sigillatas litteras, que omnia fuerunt lecta, sed in nulla reperiebatur ipsum abbatem in Stams, non obstante quod habeat populum, esse sic exemptum, quod vocatus ad synodus non teneatur comparere.<sup>3)</sup> Sic demum respondit dominus cardinalis illis, qui se dicebant missos, quod abbas non esset excusatus; et alias non allegasset privilegia, sed comparuisset, ut prefertur. Et si se pretendit exemptum, debuit in synodo allegasse et produxisse exemptionem.<sup>4)</sup> Ideo consideratis omnibus 10 ipse tenetur ipsum abbatem iuxta synodalem diffinicionem incidisse in sentenciam canonis<sup>5)</sup> et pro excommunicato. Verum ad finem, quod abbas posset saluti sue et monasterio bene consulere, ulteriore processum in synodo comminatum suspenderet ad tres menses, ita quod, si medio tempore abbas apostolicas litteras sibi presentaret, verum casum continentis, prout supra ponitur, ipsum propter exemptionem non incidisse in sentenciam dicti canonis, suprapositis non obstantibus, bene esset; extunc 15 eum etiam pro non excommunicato habere vellet neque vellet ipsum ad synodum amplius vocare. Si non presentaret tales litteras apostolicas, ipse iura ecclesie sue, prout tenetur, conservare et ad ulteriora procedere vellet et id facere, quod iuris fuerit et racionis.

In pretensa appellacione abbatis de Stams sunt testes tres sacerdotes.<sup>6)</sup> Illi, quia testes in actu, ubi contra episcopum et sentenciam synodalem frivola appellacione est interposita, suspendantur a divinis in 20 diocesi nostra et mandetur illis, ut infra mensem recedant a diocesi, si non sunt beneficiati in synodo vel ordinati ab episcopo Brixinensi.

Item illi, qui nominantur in appellacione, quod in synodo allegaverunt exemptionem, quia hoc falsum est, suspendantur a divinis. Et nisi infra mensem se purgaverint, quod illi mendatio, ut scribentur in pretensa appellacione, non dederunt occasionem, similiter de diocesi sub pena excommunicacionis 25 recedant.

Item antequam illi de Stams recedant, sciatur et requirantur desuper, ut dicant, quis et ubi instrumentum appellacionis est scriptum, et an ille sacerdos sit notarius, qui insinuavit appellacionem et quod de hoc doceat. Et quia statutum est, quod alieni incogniti notarii non debent instrumenta confidere in ista diocesi<sup>7)</sup>, interrogetur de eius admissione. Et quod non recedat, quin prius tradat sibi instrumentum 30 super actu hesterno, tale instrumentum, quale ipse daturus est abbati aut eius procuratori.

Item procuratorium illud exhibitum ad agendum et defendendum non videtur ad hunc actum datum secundum eius continenciam, quia loquitur de appellacione judiciali etc.

Interrogetur ille Fridericus religiosus, ex quo non habuit procuratorium ad insinuandum, quo ausu attemptaverit.

35 Item, quia in pretensa appellacione abbas non nominat cardinalem et episcopum dominum suum, tunc ex quo non recognoscit eum dominum suum in eo, quod habet populum.<sup>8)</sup> Inhibeatur ipsi abbati et omnibus religiosis, ne de cura animarum in diocesi Brixinensi se intromittant per se aut alios suo nomine. Et ne celebrant in capellis aut ecclesiis ordinario subiectis sub pena excommunicacionis et quod eo ipso, quod ⟨in⟩ ecclesiis ordinario subiectis celebraverint, ille ecclesie sint amplius ecclesiastico interdicto 40 subiecte.

13 litteras: folgt gestr. ipse iura ecclesie sue. 18 in actu: ii.d.Z. 27 ille: folgt nochmaſ ille.

<sup>1)</sup> Das in Z. 33f. zur Sprache gebrachte Problem des fehlenden Beglaubigungsschreibens für Friedrich Degenhard lässt darauf schließen, dass die Stamser Gesandtschaft noch nicht aus Brixen abgereist war. Zur Datierung dieser Gesandtschaft s.o. Nr. 5256 Anm. 1.

<sup>2)</sup> Friedrich Degenhard; s.o. Nr. 5256.

<sup>3)</sup> Zum juristischen Problem, ob der Abt eines exemten Klosters wegen der inkorporierten Pfarrgemeinden (habet populum) auf Diözesansynoden erscheinen muss s.o. Nr. 5221 Anm. 3.

<sup>4)</sup> Dieser Punkt war in der juristischen Literatur umstritten. Die Affassung des Cusanus wird gestützt von Lodovico Pontano, *In primam Digesti veteris partem*, Lyon 1547, f. 25<sup>ra</sup> ad Dig. 25,5,2 (*Ex quaunque*): Modo iudex citat exemplum, an teneatur comparere? In dubio tenetur comparere ad allegandum vel ostendendum suum privilegium. Es folgt eine ausführliche Diskussion des Problems.

<sup>5)</sup> Die auf der Synode verlesenen Passagen aus dem *Decretum Gratiani*; s.o. Nr. 5221 Z. 12-16.

<sup>6)</sup> Die Appellation wurde von den Stamser Gesandten Anfang Juni vorgelegt; s.o. Nr. 5256.

<sup>7)</sup> Vgl. Nr. 4975 Z. 42-49.

<sup>8)</sup> Zur juristischen Diskussion s.o. Nr. 5221 Anm. 3.